

VERS. 21. — EXTRA VELUM QUOD OPPANSUM EST TESTIMONIO. *Testimonio*, id est, arce continenti testimonium, id est, legem, sive tabulas legis. Hinc Oecumen. in c. 9 ad Hebræos, et Elias cretensis in orat. 5 de Theologia Gregor. Nazianzen. post initium, tria numerant tabernacula: primum extimium, puta atrium, quod clausum erat cortinis per latera, sed supernè pateus, de quo hoc capite egit Moses; quod ab Apostolo Hebr. 9, v. 1, putant vocari *Sanctum seculare*, sive, ut grecè est, *ἁγιον*, id est, mundanum, eo quod omnibus commune erat, inquit Chrysostomus: in hoc erat nempe altare holocaustorum sub dio. Secundum tabernaculum erat Sanctum, quod erat quasi templum sacerdotum, quod Apostolus vocat tabernaculum primum: hoc undique clausum erat, et nexum Sancto sanctorum; in hoc erat candelabrum, altare thymiamatis, et mensa panum propositionis. Tertium tabernaculum erat Sanctum sanctorum, soli pontifici patens: in illo erat arca cum propitiatorio et cherubim; item urna cum manna et virgâ Aaronis. Verùm hæc de re dixi Hebr. 9, v. 1.

USQUE MANE LUCEAT CORAM DOMINO. Hinc patet de die non arsisse lucernas in candelabro, licet id putent Cajetan. et Lipoman., sed tantum de nocte; quare quod paulo ante dixit: *Ut ardeat lucerna semper*, id hæc explicat, ut *semper* idem sit quod *singulis noctibus*; vespere ergo accendebant sacerdotes lucernas, ut totâ nocte arderent; mane verò eas extinguiebant, mundabant, componebant, et oleum infundebant. Id ita esse patet tam ex hoc loco quàm Levit. 24, 5; et 2 Paralip. 15, v. 11; et 1 Regum 5, 3. Ita Abulensis, Olearster et alii. Josephus tamen, lib. 5 Antiq. c. 9, asserit sacerdotum mane extinxisse quatuor lucernas, et permisissis tres reliquis ardere: vespere verò rursum quatuor, quas manè extinxerat, accendisse, ita ut omnes septem lucentes per noctem. Favere videtur huic sententiæ, quod tabernaculum tam per diem quàm per noctem undique obvelatum erat, nec haberet fenestram, per quam lumen admitteret: ergo videtur opus habuisse etiam per diem lucernâ aliquâ ardente. Verùm hoc non adeò certum est: nec enim Josephus vidit hoc tabernaculum, sed templum; et Scriptura tribus quatuorve locis jam citatis, nullam

CAPUT XXVIII.

1. Applicæ quoque ad te Aaron fratrem tuum cum illis suis de medio filiorum Israel, ut sacerdotio fungantur tibi: Aaron, Nadab et Abiu, Eleazar et Itamar.

2. Faciesque vestem sanctam Aaron fratri tuo in gloriam et decorem.

3. Et loqueris eunctis sapientibus corde, quos replevi spiritu prudentiæ, ut faciant vestes Aaron, in quibus sanctificatus ministrat tibi.

4. Hæc autem erunt vestimenta quæ faciunt: rationale, et superhumale, unicum et lineam strictam, cidarium et balteum. Facient vestimenta sancta fratri tuo Aaron et illis ejus, ut sacerdotio fungantur tibi.

5. Accipiantque aurum, et hyacinthum, et purpuram, coccoque bis tinctum, et byssum.

lucernâ aliequæ per diem lucentes facit mentionem, sed simpliciter et constanter asserit lucernam vespere fuisse accensam, et luxisse usque ad mane; quo satis innuit mane fuisse extinctam, et per lucernam intelligit non unam, sed omnes septem, ut videtur, quæ erant in candelabro. Jam enim ante dixi tabernaculum admisisse lumen per velum anterius reflexum, et aliquosque elevatum: hoc enim velum erat loco ostii in tabernaculo.

Dices: Josephus, lib. 8 Antiq. cap. 2, ait Salomonem fecisse candelabrum unum quod interdû arderet. Respondeo: Grecè pro interdû est *ἄσθ' ἡμέρας*, quod verbotentis significat *per diem*, id est, quotidie, quod verum est: quia quotidie per noctem ardere debebat lucerna, alioqui enim Josephus Scripturæ omnino foret contrarius, cum dicat ex legis præscripto id fieri debuisse; Script. enim nusquam præcipit ut per diem accendatur lucerna: imò hic et alibi tantum per noctem eam accendi jubet.

In Sancto ergo tantum nocte ardebant lucernæ, eoque omnes ad mysterium, ut scilicet significaretur quod lucernæ vivæ, id est, doctores et sacerdotes, solâ nocte hujus seculi, id est, in ecclesiâ hæc, rudiores illuminant (hinc dixit Plato viros bonos non longâ vitâ, sed clarâ et illustri opus habere); nam in die æternitatis, cum erinus in Sancto sanctorum, nulla erit lucerna, non sol, non luna, sed lucerna ejus est Agnus, Apoc. 21, 25. Quâ de causâ etiam in Sancto sanctorum positum non erat candelabrum, sed omnia ibi erant obscura, ut Deum ibi loquentem tegerent, et significarent nos futuram in celo gloriam, hic per tenebras et ænigmata tantum contemplant. Ita Beda lib. 5 de Tabern. c. 1; et Radulphus lib. 17 Levit. 4.

PERPETUUS ERIT CULTUS. Ritus hic accendendi vespere lucernas erit perpetuus, intellige in lege et religione vestrà, quia omni tempore legis et judaismi durabit; unde additur, *per successiones eorum*, scilicet sacerdotum Aaronicorum, qui à filius Israel jugiter recipiant oleum ad accendendas quotidie lucernas.

Mysticè, populus offert oleum, id est, conscientiam puram, fecundam et devotam, ut eam sacerdotis igne charitatis et lumine celesti accendant. Ita Beda.

CAPITRUM XXVIII.

1. Faites aussi approcher de vous Aaron votre frère avec ses enfants, en les séparant du milieu d'Israël, afin qu'ils exercent devant moi les fonctions du sacerdoce: Aaron, Nadab, Abiu, Eleazar et Itamar.

2. Vous ferez un vêtement saint et sacré à Aaron votre frère, pour la gloire et l'ornement du culte divin.

3. Vous parlerez pour cela à tous ceux dont le cœur est rempli de sagesse, à qui j'ai donné un esprit d'intelligence et d'habileté, afin qu'ils fassent des vêtements à Aaron, votre frère, et qu'étant sanctifiés par ces ornements sacrés dont il sera revêtu, il me serve dans son ministère avec plus de dignité.

4. Voici les vêtements qu'ils feront: Le rationale, l'éphod, la tunique de lin, qui sera plus étroite, la mitre et la ceinture. Ce seront là les vêtements saints qu'ils feront pour Aaron, votre frère, et pour ses enfants, afin qu'ils exercent devant moi les fonctions du sacerdoce.

5. Ils y emploieront l'or, l'hyacinthe, la pourpre, l'écarlate teinte deux fois, et le lin fin.

6. Facient autem superhumale eo auro, et hyacintho, et purpurâ, coccoque bis tincto, et bysso retortâ, opere polymito.

7. Dnas oras junctas habebit in utroque latere summitatum, ut in unum redeant.

8. Ipsa quoque textura et cuncta operis varietas erit ex auro, et hyacintho, et purpurâ, coccoque bis tincto, et bysso retortâ.

9. Sumesque duos lapides onychinos, et sculptes in eis nomina filiorum Israel:

10. Sex nomina in lapide uno, et sex reliqua in altero, juxta ordinem nativitatæ eorum.

11. Opere sculptoris et calatrâ gemmarum, sculpses eos nominibus filiorum Israel, inclusos auro atque circumdatos;

12. Et pones in utroque latere superhumeralis, memoriale filius Israel. Portabitque Aaron nomina eorum coram Domino super utrumque humerum, ob recordationem.

13. Facies et uncinos ex auro,

14. Et duas catenas ex auro purissimo sibi invicem coherentes, quas inseres uncinis.

15. Rationale quoque judicii facies opere polymito juxta texturam superhumeralis, ex auro, hyacintho et purpurâ, coccoque bis tincto, et bysso retortâ.

16. Quadrangulum erit et duplex: mensuram palmi habebit, tam in longitudine quàm in latitudine.

17. Ponesque in eo quatuor ordines lapidum: in primo versu erit lapis sardius, et topazius, et smaragdus;

18. In secundo, carbunculus, sapphirus et jaspis;

19. In tertio, lygurius, achates, et amethystus;

20. In quarto chrysolitus, onychinus, et beryllus: inclusi auro erunt per ordines suos.

21. Habebuntque nomina filiorum Israel: duodecim nominibus calabuntur, singuli lapides nominibus singulorum per duodecim tribus.

22. Facies in rationali catenas sibi invicem coherentes ex auro purissimo;

23. Et duas annulos aureos, quos pones in utraque rationalis summitate.

24. Catenasque aureas junges annulis, qui sunt in marginibus ejus;

25. Et ipsarum extenarum extrema duobus copulabis incisus in utroque latere superhumeralis quod rationale respicit.

26. Facies et duos annulos aureos, quos pones in summitatibus rationalis, in oris quæ è regione sunt superhumeralis, et posteriora ejus aspiciunt.

27. Neonem et alios duos annulos aureos, qui ponendi sunt in utroque latere superhumeralis dorsum, quod respicit contra faciem juncturæ inferioris, ut aptari possit cum superhumerali,

28. Et stringatur rationale annulis suis cum annulis superhumeralis vitâ hyacinthinâ, ut maneat junctura fibrefacta, et à se invicem rationale et superhumale nequeant separari.

29. Portabitque Aaron nomina filiorum Israel in rationali judicii super pectus suum, quando ingredietur

6. Ils feront l'éphod d'or, d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate teinte deux fois, et de lin fin retors, dont l'ouvrage sera tissu du mélange de ses couleurs.

7. L'éphod, par le haut, aura deux ouvertures sur les épaules, qui répondront l'une à l'autre; et ces ouvertures s'étendant pour le mettre, se rejoindront quand on l'aura mis.

8. Tout l'ouvrage sera tissu avec une agréable variété d'or, d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate teinte deux fois, et de lin fin retors.

9. Vous prendrez aussi deux pierres d'onix, où vous graverez les noms des douze enfants d'Israël.

10. Il y aura six noms sur une pierre et six sur l'autre, selon l'ordre de leur naissance.

11. Vous y emploierez l'art du sculpteur et du lapidaire; car vous y graverez les noms des enfants d'Israël, après avoir enclâssé les pierres dans l'or.

12. Vous les metrez sur l'éphod de côté et d'autre, comme des espèces d'agrafes qui serviront à les fermer, et elles seront comme un monument qui fera souvenir Aaron de prier pour les enfants d'Israël. Aaron portera leurs noms devant le Seigneur, gravés sur les deux pierres qui seront sur ses épaules, pour engager le Seigneur à se souvenir de son peuple.

13. Vous ferez aussi des boucles d'or, que vous attacherez au bas de ces deux pierres;

14. Et deux petites chaînes d'or très-pur, dont les anneaux soient enclâssés les uns dans les autres, que vous ferez entrer dans ces boucles, pour retenir le rationale.

15. Car vous ferez aussi le rationale du jugement, qui ouvrira le grand-prêtre qu'il doit rendre la parole, et enseigner la vérité; ce rationale sera tissu, comme l'éphod, d'or, d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate teinte deux fois, et de lin fin retors, mêlés ensemble à fils tissus de différentes couleurs.

16. Il sera carré et double, afin qu'il puisse soutenir les pierres qui y seront attachées; et il aura la grandeur d'une palme, tant en longueur qu'en largeur.

17. Vous y metrez quatre rangs de pierres précieuses. Au premier rang il y aura la sardoine, la topaze et l'émeraude;

18. Au second, l'escarboucle, le saphir et le jaspe;

19. Au troisième, le figure, l'agate et l'améthyste;

20. Au quatrième, le chrysolite, l'onix et le béril. Ils seront enclâssés dans l'or selon leur rang.

21. Vous y metrez les noms des enfants d'Israël; leurs douze noms y seront gravés séparément, chaque nom sur chaque pierre, selon l'ordre des douze tribus.

22. Vous ferez pour le rationale, comme il a été dit, deux petites chaînes d'un or très-pur, dont les anneaux soient enclâssés l'un dans l'autre.

23. Et deux anneaux d'or que vous metrez aux deux côtés du rationale, tout en haut.

24. Vous passerez les deux chaînes d'or dans ces deux anneaux qui seront aux extrémités du rationale, tout en haut.

25. Et vous attacherez les extrémités de ces deux chaînes aux deux agrafes ou boucles d'or qui seront aux deux extrémités de l'éphod, qui répond au haut du rationale.

26. Vous ferez aussi deux anneaux d'or que vous metrez aux deux côtés d'en bas du rationale, sur les bords qui répondent à l'éphod par derrière.

27. Vous ferez encore deux autres anneaux d'or que vous metrez aux deux côtés du bas de l'éphod, qui répondent aux deux anneaux d'or du bas du rationale, afin que l'on puisse ainsi attacher le rationale avec l'éphod.

28. Par le moyen d'un ruban de couleur d'hyacinthe qui passera par les anneaux de l'éphod et par les anneaux du rationale, et qui les serrera, afin qu'ils demeurent proprement liés l'un avec l'autre, et que le rationale et l'éphod ne puissent être séparés.

29. Aaron portera les noms des enfants d'Israël sur le rationale du jugement qu'il aura sur sa poitrine, lors qu'il entrera dans le sanctuaire, afin qu'il serve d'ui

sanctuarium, memoriale coram Domino in aeternum.

50. Pones autem in rationali iudicii Doctrinam et Veritatem, que erunt in pectore Aaron, quando ingredietur coram Domino; et gestabit iudicium filiorum Israel in pectore suo, in conspectu Domini semper.

51. Facies et tunicam superhumeralis totam hyacinthinam,

52. In cuius medio supra erit capitium, et ora per gyrum ejus textilis, sicut fieri solet in extremis vestium partibus, ne facile rumpatur.

53. Deorsum verò, ad pedes ejusdem tunice, per circuitum, quasi mala punica facies, ex hyacintho et purpura, et cocco bis tincto, mixtis in medio tintinnabulis,

54. Ita ut tintinnabulum sit aureum et malum punicum, rursusque tintinnabulum aliud aureum et malum punicum.

55. Et vestietur eà Aaron in officio ministerii, ut audiat sonitus quando ingredietur et egredietur sanctuarium in conspectu Domini, et non moriatur.

56. Facies et laminam de auro purissimo, in quâ sculpsit opere calatoris: Sanctum Domino.

57. Ligabisque eam vittâ hyacinthinâ, et erit super tiaram,

58. Imminens fronti pontificis. Portabitque Aaron iniquitates eorum, que obtulerunt et sanctificaverunt filii Israel, in cunctis numeris et donariis suis. Erit autem lamina semper in fronte ejus, ut placatus sit eis Dominus.

59. Stringesque tunicam bysso, et tiamam byssinam facies, et balteum opere plumarii.

60. Porrò filiis Aaron tunicas lineas parabis, et balteos ac tiaras, in gloriam et decorem;

61. Vestiesque his omnibus Aaron fratrem tuum, et filios ejus cum eo. Et cunctorum consecrabis manus, sanctificabisque illos, ut sacerdotio fungantur mihi.

62. Facies et femoralia linea, ut operiant carnem turpitudinis sue, à reibus usque ad femora;

65. Et utentur eis Aaron et filii ejus quando ingredietur tabernaculum testimonii, vel quando appropinquant ad altare, ut ministrent in sanctuario, ne iniquitatis rei moriantur. Legitimum sempiternum erit Aaron, et semini ejus post eum.

VERS. 1. — APPLICA QUOQUE AD DEO AARON FRATREM TUUM CUM FILIIS SUIS. Hebr. *Accedere fac ad te fratrem tuum cum filiis*, ut scilicet eos sacerdotes consecres, et vestibus sacerdotibus induas. Vide hic vocationem divinam sacerdotum Leviticorum ad ministeria Dei, et quam nemo presumere debeat tale officium, nisi qui

monumentum ðternel devant le Seigneur, de la soumission de son peuple, et de la confiance qu'il a en sa puissante protection.

50. Vous graverez ces deux mots sur le rational du jugement: Doctrinæ et Verité, qui seront sur la poitrine d'Aaron lorsqu'il entrera dans le tabernacle pour se présenter devant le Seigneur, et il portera toujours sur sa poitrine le rational du jugement, ou seront écrits sur sa poitrine les noms des enfans d'Israel, lorsqu'il se présentera devant le Seigneur, afin qu'il se souvienne qu'il est chargé de les instruire et de leur enseigner la vérité.

51. Vous ferez aussi la tunique, que le grand prêtre portera au-dessous de l'éphod; elle sera toute de couleur d'hyacinthe.

52. Il y aura en haut une ouverture au milieu pour passer la tête, et autour de cette ouverture un bord tissé comme on a coutume d'en faire aux extrémités des habits, de peur qu'ils ne se rompent.

53. Vous mêlerez au bas et tout autour de la même robe, comme de petites grenades faites d'hyacinthes, de pourpre et d'écarlate teinte deux fois, entre-mêlées de sonnettes.

54. En sorte qu'il y aura une sonnette d'or et une grenade, une sonnette d'or et une grenade, et ainsi de suite.

55. Aaron sera revêtu de cette robe lorsqu'il fera les fonctions de son ministère, afin qu'on entende le son de ces sonnettes, lorsqu'il entrera dans le sanctuaire devant le Seigneur, ou qu'il en sortira, et qu'il ne meure point, comme il arriverait s'il manquait à se revêtir de cet habillement.

56. Vous ferez aussi une lame d'un or très-pur, sur laquelle vous ferez graver par un ouvrier habile ces mots: LA SAINTÉTÉ EST AU SEIGNEUR.

57. Vous l'attacherez sur la tiare avec un ruban de couleur d'hyacinthe;

58. En sorte qu'elle soit placée sur le front du souverain pontife. Et Aaron portera cette inscription qui apprendra aux prêtres le soin qu'ils doivent avoir d'expier toutes les iniquités que les enfans d'Israel commettront dans tous les dons et tous les présents qu'ils offriront et qu'ils consacreront au Seigneur. Il aura toujours cette lame devant le front, afin que le Seigneur leur soit favorable.

59. Vous ferez aussi une tunique étroite de lin fin qui sera au-dessous de la tunique de l'éphod: vous devez encore la tiare de lin fin; et la ceinture qui doit ceindre cette tunique de dessous sera d'un ouvrage de broderie.

60. Vous préparerez des tuniques de lin pour les fils d'Aaron, des ceintures et des tiaras pour la gloire et pour l'ornement de leur ministère.

61. Vous revêtirez Aaron votre frère et ses fils avec lui de tous ces vêtements. Vous leur sacrerez les mains à tous, et vous les sanctifierez, afin qu'ils exercent les fonctions de mon sacerdoce.

62. Vous leur ferez aussi des caleçons de lin qu'ils porteront sous la tunique, pour couvrir ce qui n'est pas honnête dans le corps, depuis les reins jusqu'au bas des cuisses.

65. Aaron et ses enfans s'en serviront, lorsqu'ils entreront dans le tabernacle du témoignage, ou lorsqu'ils approchent de l'autel pour servir dans le sanctuaire, ou qu'ils font quelque autre fonction dans le service, de peur qu'ils ne soient coupables d'iniquité, en commettant quelque inmodestie, et qu'ils ne meurent. Cette ordonnance sera stable et perpétuelle pour Aaron et pour sa postérité après lui.

COMMENTARIUM.

vocatur à Deo tanquam Aaron. Novatores vertiginis spiritui erciti non Deo vocante, sed sponte se ingerunt sacris. Quòd autem Moses fratrem suum sacerdotem ordinat, quid aliud mysticè commendat, nisi quòd omnes qui Aaron, id est, sacerdotes et doctores esse volunt, tanto studio et amore debent meditationi divine

legis (hanc enim representat Moses legislator) inhærere, ut quasi germanâ videantur et conjunctione devincti?

Allegoricè, Aaron fuit typus Christi, qui est frater Moses, quia Christus et Moses, id est, Testamentum vetus et novum, quasi fratres sibi assimilantur, conveniunt et respondent.

VERS. 2. — FACIESQUE VESTEM SANCTAM. Vestes sanctas, puta sacerdotales, est enallage numeri. Nota. Vestis sacerdotum dicitur sancta, quia oleo erat consecranda. Deique culti dicanda, et à profanis usibus removenda, atque à solis sanctis, id est, sacerdotibus Deo sanctificatis, id est, consecratis, in loco sancto usurpanda. Porrò, hic inverso ordine numerantur et describuntur vestes sacerdotales: sic enim vestiebatur pontifex, ut patet Levit. 8. Primò induebat femoralia; super hæc inficiebat tunicam lineam, eamque zonâ stringebat; huic superinduebat tunicam hyacinthinam; super quam ephod cum rationali accingebat secundâ zonâ: capiti imponebat tiamam, cui affixa erat lamina aurea, cum hæc inscriptione, *Sanctitas Domini*.

IN GLORIAM ET DECOREM, sacerdotem et sacerdotalem munus; ut in novo Testamento ornamenta sacerdotalia (fremant licet hæretici) eadem de causâ rectè cultui divino adhibentur. Nam, ut rectè argumentatur B. Ivo Carnotensis epist. 124, si in lege veteri ita ornatus fuit sacerdos, ergo multò magis in lege novâ oportuit sacerdotem uti sacris vestibus ad divinum cultum, ac præsertim ad consecrandum corpus et sanguinem Domini; hoc enim postulat decencia, æquitas et reverentia naturalis, et secus facere esset incivile, profanum, rusticum et barbarum. Fuit, et est alius quoque harum vestium usus, scilicet primò, ut sacerdos populi memoriam semper animo, ut vestibus inscriptam gereret, pro eoque Dominum instanter deprecaretur. Secundò, ut per eas sacerdos justitiæ et sanctitatis, æquæ ac doctrinæ et studii legis, atque omnis officii sui admoneretur. Vide Bedam.

VERS. 3. — ET LOQUERIS CUNCTIS SAMENTIBUS CORDE, QUOS REPLEVI SPIRITU PRUDENTIÆ, UT FACIANT VESTES AARON. Sapientes corde hic vocantur periti artifices, puta sartores, phrygiones, gemmarii, etc., ut patet e. 56, 4. Sapientia enim et prudentia confunduntur apud Hebræos, et latissimè accipiuntur, ut etiam artem et peritiam mechanicam significant. Porrò erant hi artifices Beseleel et Ooliab, eorumque administri, de quibus cap. 55, 30.

SPIRITU PRUDENTIÆ. Id est, prudentiâ à me aspiratâ. Spiritus enim hebraicè cuivis habitui, actioni et rei vitali tribuitur per metaphoram, et ferè connotat rem aliunde esse acceptam et aspiratam. Sic spiritus lenitatis est ipsa lenitas à Deo aspirata, Galat. 1, 6; sapientiæ et intellectus, est ipsa sapientiâ et intellectus, Eccli. 15, 5. Sic Isaie 11, septem dona Spiritus sancti vocantur spiritus consilii, fortitudinis, timoris, pietatis, etc., id est, consilium, fortitudo, timor, pietas, donata et aspirata à Spiritu sancto. Ita S. Cyprian. lib. 1. contra Judæos, cap. 20; Hilar. in

Matth. can. 15; Nazianz. orat. in Pentecosten; Basil. contra Eunom. serm. 5, cap. 14; August. contra Faust. lib. 12, c. 45. Porrò prudentia hic artem significat. Spiritus ergo prudentiæ, id est, arte fabricandi vel conficiendi has vestes sacras, que ars est donum Dei naturale, uti sunt et cæteræ artes; aliquando tamen est donum supernaturale infusum à Deo, ut hic accidisse satis innuitur e. 55, 50, ut dicitur de Beseleel: *Implevitque eum (Deus) spiritu Dei, sapientiâ et intelligentiâ ad excogitandum et faciendum opus in auro et argento et ære, sculpendisque lapidibus, et opere carpentario, quicquid fabre adinventiri potest, dedit in corde ejus, etc.*

VERS. 4. — TUNICAM, SCILICET HYACINTHAM, quæ Hebr. *meil*, et latine absolute tunica dicitur: alia verò tunica vocabatur *ketonet tabets*, id est, tunica linea stricta. Ita Hebræi, Chald. et Septuag. radix enim Hebræa *scabuts* stringere significat: hæc enim tunica instar interlucæ stringebat corpus. Alii Hebr. *tabets* vertunt tunicam inclusionis, in quâ videlicet inclusæ erant 12 gemmæ. Alii, teste S. Aug., vertunt tunicam cum cornibus, id est, cirris. Alii, tunicam ocellatam, opere phrygionico ocellis pictam. Hi omnes per hæc tunicam accipiunt hyacinthinam, non lineam: verùm dum ab antiquis deviant, in plurima incertè abeunt. Magis credendum est uni S. Hieron. ad Fabiolam de vest. sacerdot., ubi disertè *meil* interpretatur tunicam hyacinthinam, *ketonet* verò tunicam lineam, idque ita esse patet Exodi 59, v. 22 et 27, et Levit. 8, 7, in Hebræo.

VERS. 6. — FACIENT AUTEM SUPERHUMERALE DE AURO ET HYACINTHO, ET PURPURA, COCCOQUE BIS TINCTO, ET BYSSO RETORTA, OPERE POLYMITO. Prima hæc est sacerdotis vestis, que dicitur *superhumeralis*, sive, ut Septuag. *ἀκρωτής*; et, ut Aquila, *ἐπιὸ ὤμων*, hebr. dicitur *ephod*, id est, pallium, sive extima vestis, que aliis superinduitur, à radice *aphad*, id est, superinduxit, superinduxit. Ephod autem erit vestis propria pontificis, que tam pectus quam humeros ejus tangebatur, eratque ferè instar interlucæ pertextæ undique; sed supernè, uti et infernè, omninò patentis. Nulla ergo pars ephod vel in pectore, vel in dorso, vel ad latera patebat, nulla quoque erat nodis aut fibulis connexa, ut iis amotis aperiri posset: erat enim ephod continuâ et uniformi texturâ undique contextum et pertextum. Secundò, ephod porrigebatur usque ad cingulum: eò enim cingebatur. Tertio, in ephod circa pectus patebat locus rationali inserendo; hinc licet ephod à Philone vocetur pectorale, potius tamen à Septuag., nostro et aliis vocatur superhumeralis, quia in humeris integrè pertextum erat, cum in pectore locus esset patulus pro rationali. Quarto, ephod in humeris habebat duos lapides onychinos, in quibus insculptæ erant 12 nomina filiorum Israel, ut patet v. 9. Quintò, ephod contextum erat et variegatum ex filiis auricis hyacinthinis, purpureis, coccineis et byssinis opere polymito, ut patet hoc versu. Sextò, putant Abulens. et Sixtus Senensis lib. 5 Biblioth. cap. 12, ephod caruisse manicis, fuisseque instar scapularis monastici.

Sed verus est ephod habuisse manicas: id enim disertè docet Iosephus. Iosephi verba si ea rectè vertas, hæc sunt: *Ephod fit ex variis coloribus auro intermixto: ita contextur deorsum cubitali mensurâ, ut circa medianum pectus lacuna relinquatur (rationali inserendo) et cum manica fabricatus, omnique figurâ in modum tunice factus est.* Denique Philo lib. 2 de Monar. docet pectorale sive ephod fulvis instar thoracis: thoracis etiam simile fuisse ephod asserit Iosephus lib. 6 Belli, c. 6. Sicut ergo milites ornantur et munitur thorace, ita sacerdotes ephod: ipsi enim sunt milites Dei et templi, uti alibi dixi.

OPERE POLYMITO, id est, opere variorum colorum et liciorum, unde Septuag. vocant opustextile variegatoris. Nam ephod textum erat ex stamine byssino et subtegmine tricolori, videlicet hyacinthino, coccineo et purpureo, ait S. Hieron., intermixtis filis aureis. Tale erat hoc ephod, quo solus utebatur pontifex. Erat enim aliud ephod lineum, sive byssinum et toto candore purissimum, quo utebantur inferiores sacerdotes et Levitæ, quia et laici qui quoquo modo cultui divino deservebant, ut docet Abulensis. in 1 Reg. 22, quaest. 27. Tale fuit ephod Samuelis, 1 Reg. 2, 18, et sacerdotum à Saule occisorum, 1 Reg. 22, 18; tui etiam usus est David saltans ante arcam, 2 Reg. 6, 14. Ita S. Hieron. ad Fabiol. de vest. sacerdot.

VERS. 7. — DEAS ORAS JUNCTAS HABEBIT IN UTROQUE LATERE SUMMITATUM, UT IN UNUM REDEANT. Hebr. est, duo humeri juncti erant ad extremitates ejus, et sic conjungitur, q. d.: Ephod non sub axillis ad latera, ubi putat Abulensis, et alii, sed supra utramque humeri partem duas habebit oras, ut per eas commodius pontifex possit caput inserere, itaque ephod induere; cum autem induisset pontifex ephod, tunc hæc oræ necelebantur fibulâ. Addit Iosephus duas lapides onychinos in humeris, de quibus vers. 9, vice fibularum fuisse.

Hinc noster interpres has duas oras vocat oras summitatum, quia non in latere ephod, sed ad caput et humeros erant, cum reliquum corpus in ephod esset texturâ continuâ, uti dixi: hinc ephod dicitur ab aphod, quod non tantum superinducere, sed et cingere vel aretare significat, ut patet Exodi 29, 5, Levit. 8, 7, in Hebræo, eò quod ephod laxiores vestes inferiores aretaret, et omnino cingeret aretâ et continuâ suâ per texturâ. Ita Olcast., Cajet. et Arias in Aaron. Sept. has duas oras vocant duas epomides, id est, duas partes, puta anteriorem et posteriorem, epomidis.

VERS. 9. — SUTURÆ DUOS LAPIDES ONYCHINOS. Ita vertunt et alii passim. Sicut Sept. vertunt: *Suturæ duos smaragdinos* Iosephus hos onychinos vocat sardoniches, sive à patriâ, quod scilicet Sardis allati essent, sive à colore, quod colore sapulo ruberent, inquit S. Hier. Addit Iosephus onychinum qui à dextris erat, quoties pontifex sacrificabat, tanto fulgore micasse ut etiam eniuis conspiceretur.

VERS. 9 et 10. — ET SCULPES IN EIS NOMINA FILIORUM ISRAEL (SEX NOMINA IN LAYDÈ UNO, ET SEX RELIQUA IN ALTERO, JUXTA ORDINEM NATIVITATIS EORUM. SEX SENIORUM

filiorum Jacob nomina, puta Ruben, Simoon, Judas, Dan, Neplitali et Gad, insculpta erant onychi dextro, ait Ioseph; sex reliqui insculpti erant sinistro, puta Aser, Issachar, Zabulon, Ephraim, Manasses et Benjamin; vide de his filiis Genes. 29 et 50. Levi enim inter 12 tribus non numeratur, licet eum numeret Abulensis hic; sed ejus loco, et loco Josephi, duo filii Joseph, scilicet Ephraim et Manasses, successerunt adoptati in filios ab avo Jacobo, Gen. 48, 5. Ita Iosephus, lib. 5, 11. Ipse enim sacerdos, utpote Levita, per se suam tribum Levi representabat; unde non fuisse congruum inscribere Levi vesti sacerdotis.

Mysticè, significabatur sacerdotem ex officio debere operare pro singulis populi tribubus, easque quasi humeris suis portare, ut esset velut Atlas populi.

VERS. 11. — CILATURA GEMMARUM. Hebr. *apertionibus*, id est, sculpturis, *sigilli*, q. d.: Ita exculpes hos duos onychinos, easque insculpes nomina filiorum Israel, sicut sigillum sicut exsculpi et insculpi literis et instigibus heri sui.

INCLUSOS AURO ATQUE CIRCUMDATOS. Hebræicè est, *circumdatos clausuris, vel palis aureis.*

VERS. 12. — ET PONES IN UTROQUE LATERE SUPERHUMERALS, MEMORALE FILII ISRAEL. Hebræicè est, *pones in utroque latere ephod lapides memorie filii Israel, vel filiorum Israel;* sive, ut Chald., *lapides memorialis filii Israel;* idque tripliciter, nam, ut docet Beda 1. 5 de Tabern. c. 4, tres ob causas Aaron pontifex nomina patriarcharum inter sacrificia semper in humeris atque ac in pectore portabat. Prima erat, ut ipse fidei probæ vitæ duodecim patriarcharum semper meminisset, eamque imitaretur. Secunda, ut 12 tribuum, quæ ex his patriarchis prognatae sunt, in orationibus et sacrificiis memor existeret; ita et S. Hier. Tertia, ut populus videns nomina patrum scripta in veste presulis sui, curaret sedulo ne ab illorum meritis desciscens, ad errorum contagia declinaret; ita S. Hieron. Quarta, ut sciat pontifex populum et subditos sibi portandos esse non tantum in pectore, sed et in humeris: in pectore portantur, cum amantur: in humeris, cum illorum onera feruntur, juxta illud Galat. 6: *Mater alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi.* Gemit sub onere paupertatis proximus, onus ejus eleemosynis sublevar; sub onere ægritudinis decumbit, erige; sub fasce peccati jacet, attolle; cholericus est, melancholicus, pusillanimis, fer et porta eum humeris tue patientiæ, charitatis, consolatiõnis: sic adimplebis legem Dei et Christi.

Hinc allegoricè ephod significat obedientiam charitatis Christi, quæ ipse humeros suos pro peccatis nostris cruci suppavit, ait Rupert. Unde duos lapides onychini significabant duo hemispheria, ait Philo, et S. Hieron., puta totum mundum, pro quo passus est Christus. Ita abbas ille in Vitis Patrum lib. 5, c. 10, in fine, habitum priscorum monachorum explicans, ait: *Calcullum, quo utimur, signum est innocentiæ; superhumeralis, quo humeros et cervicem attigimus, signum est crucis; zonâ verò quæ cingitur, signum est fortitudinis. Converteretur ergo juxta id quod habitus*

noster significat, quia omnia cum desiderio facientes, nunquam deficiemus.

Tropolog. ephod significabat onus evangelicum et jugum Domini. In hujus enim susceptione et obedientiâ consistit perfectio et felicitas Christiani. Ita et gentilis Agesilaus rogatus quare Spartani feliciores aliis et potentiores essent: *Quia, ait, plus quàm alii exercent se in imperando et obediendo.* Et Agis rex rogatus quanam disciplina maximè exercebatur Sparta: *Peritii,* inquit, *imperandi et obediendi.* Pressius verò veriusque Theopompus, cum quidam diceret, Sparta salutem inde proficisci, quod reges haberet ad imperandum idoneos, respondit non eam esse causam, sed quod civis obedire nõssent. Ita Plutarchus in Lacon. Quid colores varii significarint dixi c. 25, v. 5. Dux oræ nexæ tam sinistra quàm dextra parte, idque superius ad humeros, significabant opus externum et sanctam operationem piæ intentioni jungendam esse, tam inter adversa quàm inter prospera. Manicas habebat ephod, quia omnia à Deo Deique vicariis injunctum statim utraq; manu complectendam est. Ephod hoc cingendum est zonâ, id est, voluntate Dei. Ita Beda. Per hanc enim omnia ardua et adversa, quæ Deus nobis quasi ephod imponit, facillè sustentantur et superantur. Audi S. Hieron. ad Paulam de obitu Blesilicæ: *Bonus est Deus, et omnia quæ bonus facit, bona sint necesse est. Maritii orbitas irrogatur, plango quod accidit, sed quia sic placet Domino, æquo animo sustinebo. Unicus ruptus est filius; durum quidem, sed tolerabile, quia sustulit ille qui dederat. Si cæcus fuero, amici lectio me consolabitur. Si autem quoque surdus aures negaverint, vacabo à vitis; nihil aliud nisi Dominum cogitabo. Imminet super hoc et dura pauperies, frigus, langor et nuditas: extremam expectabo horam et breve putabo malum, quod finis melior subsequatur. Sanus sum, gratias refero Creatori. Langueo, et in hoc laudo Domini voluntatem: quando enim infirmor, tunc fortis sum; et virtus spiritus in carnis infirmitate perficitur. Cur autem durum sit, quod quandoque patendum est?*

Moraliter ergo disce hic primam et præcipuam vestem, quæ sacerdotem, id est, fidelem Deo addictum, vestit et ornat, esse ephod, id est, obedientiam. *Obedientia,* ait S. Greg. lib. 55 Mor., c. 10, *sola virtus est, quæ virtutes cæteras menti inserit, insertaque custodit. Fit: Mellior est obedientia quàm victimæ: quia per victimas aliena caro, per obedientiam verò voluntas maceratur. Secundò: Si vis esse sapiens, esto obediens, sic enim scriptum est: Concupiscis sapientiam, serva mandata, et Dominus dabit illam tibi, ait S. Bern. in serm. de Epiph. Tertio: Bonus obediens, ait S. Bern., *datur suum velle et suam nollem, ut possit dicere: Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum; paratum quodcumque præceperis facere, paratum ad vatum citius obedire, paratum tibi vacare, proximi ministrare, meipsum custodire et in celestium contemplatione requiescere. Obediens est amabilis sociis, omnibus officiosus, et nulli onerosus, devotus ad Deum, benignus ad proximum, sobrius ad mundum, Domini servus, proximi socius, mundi dominus. Superiori habet ad gaudium, æquatu ad consortium, inferi-**

riora ad servitium. Quarto, S. Cyprianus tractatu de duodecim Abusionibus: *Adolescens, ait, sine obedientiâ, est adolescens sine disciplinâ.* Quinto, S. Greg. lib. 55 Mor. et habetur 11 quaest., 5 c.: *Quid ergo? Quid, ait, mirum est, si homo se obedientie in presentis vite brevitate subicit, quando hanc mediator Dei et hominum tenuit, et tenendam præcepit; et cum obedientem remunerat, non relinquit?* Sexto, Justinus Martyr. lib. de rectâ Confess.: *Cedendum, ait, est voluntati Dei, sicut latum obsequitur suo figulo.* Et Procopius in Levit.: *Sicut, ait, decet ut jumenta nobis obsequantur, ita rationem nostram oportet obtemperare Deo.* Septimò, S. Laurent. Justin. lib. de Ligno vite, c. 5: *Sicut, ait, sine duce non confiditur de victoriâ, ac sine gubernatore non pervenitur ad portum, ita et absque obedientiâ impossibile est in vite hujus pelago non periclitari. Illa enim facit hominem triumphare.* Octavo, abbas Pambo in Vitis Patrum, lib. 12, c. 14, de Obedientiâ, oblati est quatuor religiosis, primo jejunante, secundo paupere spiritu, tertio diligente, quarto obediante, obediens omnibus prelati: *Quia, ait, alii tres virtutes quam possident, voluntate propria retinent, hic autem voluntatem suam abscondens, aliena voluntatis se servum fecit. Tales autem veri confessores sunt; si usque ad finem ita permanserint.* Ibidem n. 19, abbas quondam vidit quatuor ordines in celo; primum, infirmorum et gratias agentium, Deo; secundum, hospitalitatem sectantium; tertium solitariorum; quartum, obedientium, qui ornati torque aureâ et coronâ, majorem quàm alii gloriam habebant, eò quod, ait, suam voluntatem abjecerint, eamque Deo in manu superioris resignarint, ac concludit: *Obedientia salus est fidei; obedientiâ genitrix est omnium virtutum; obedientia regni celestis inventrix est; obedientia celos aperit et homines ac terrâ elevat; obedientia cohabitatrix angelorum est; obedientia sanctorum omnium cibus est, ex hac enim ablectati sunt, et per hanc ad perfectionem venerunt.* Nonò, ibidem celebratur obedientia Marci litteram imperfectam, dum vocatur, relinquentis; et Mutii filium in flumen projicientis, p. 547, (sequor editionem nostri P. Heriberti); ac Joannis leonam ligatam ad abbatem adducientis, p. 502; Euphraxia in arduis p. 355; Joannis aridum lignum per annum integrum aquâ longè petitâ irrigantem, quod tandem fronduit, p. 546; Ejusdem saxum ingens multo tempore movere conantis, p. 547. Decimò, S. Antonius aiebat velocem et compendiosum modum perveniendi ad perfectionem esse obedientiam, quod ut nos doceret Christus, ait se venisse ut faceret voluntatem non suam, sed Patris. Unde Paulus simplex ex hac doctrinâ S. Antonii, obedientiæ, et simplicitatis merito ad tantum gratiarum calmen ascendit, ut multo plura et potentiora faceret miracula, quàm ipse S. Antonius. Testis est Rufinus in ejus Vita. Undecimò, Joannes Lycius per obedientiam obtinuit donum prophetiæ, cui ita confidebat Theodosius imperator, ut non prius ad bella procederet, quàm illius animaretur oraculis, quibus fretus velut cælitus sibi delatis, trophæa de desperatis bellis et hostibus semper reportavit. Testes sunt Sulpitius et Cassianus, lib. 4, in Vitis Patrum, cap. 25.

Audi Gentiles: Solon percantatus quâ ratione salva possit esse civitas, respondit: *Si cives obtemperent suis magistratibus, magistratus autem legibus. Zeno Zitiensis* celebratissimam Hesiodi sententiam solebat invertere. Cùm enim ille primas tribuat ei qui per se sapiat, secundas qui recte admonenti obtemperet, Zeno ordine inverso sic pronuntiabat:

Optimus ille quidem qui parat recta monenti;

Sed probus ille quoque est, qui noverit omnia per se. Addebat causam, quòd qui nôset ex se omnia, nihil haberet præter intelligentiam; at qui recte monenti pareret, præter intelligentiam haberet etiam effectum. Nam parere dicitur qui quòd didicit optimum esse facit. Testis est Laert. lib. 7, c. 1.

VERS. 15. — FACIES ET UNGUIS EX AURO, ET DEAS CATENULAS EX AURO. Ut videlicet per eas rationale alligetur superhumerali, puta ipsi ephod; nam rationale alligabatur proximè ad ephod quatuor annulis existentibus in quatuor ejus angulis: sed quia magnum erat gemmarum in rationali pondus, additus sunt hæc due catenulae, quæ exterius rationali in duobus ejus annulis inerebantur, idque per occultas fistulas, ne apparent, ut ita una ephod et rationalis textura esse videretur, ait Josephus et Hieron. Ascendebant autem hæc catenulae usque ad humeros et annectebantur circulis, vel, ut noster melius verit, uncinis aureis in summitate ephod à tergo existentibus. Harum catenularum et uncinorum rursùm meminit Moses in rationali v. 24 et 25; nam hæc cum ille esse eusdem facile est videre ex consensione textus hebraei utrobique, et ex Josepho ac S. Hieronymo, qui tantùm harum catenularum in rationalis fabricâ meminerunt; ita Abulensis.

VERS. 14. — SIBI INVICEM COHERENTES, q. d.: Fac catenulas duas quarum singularum circuli invicem in nexi cohæreant. Ita Abulens, Hugo, Victorinus et alii. Neque enim catenula sinistra, cohæreere poterat dextrae aut contra; sed tam dextra quàm sinistra impleta, vel potius innexa et contexta erat suis circulis, vel ansulis, ut fieri solet in catenis. Unde hebraicè est: *Facies eas opere plectili;* et Sept.: *Facies eas commixtas in floribus;* id est, instar florum, ut scilicet sicut flos flori inserto et corona innectitur et implectitur, ita implectas hos annulos catenularum sibi invicem, ut fiat catena.

Hebraei addunt, *terminatas vel conterminas*, hoc est, æquales, *facies hæc catenulas*, ut scilicet æqualiter in fine rationalis terminentur, ejusque annulis extremis inserantur; sed hoc satis explicatur in ipsius rationalis descriptione v. 24 et 25. Unde noster interpretis id omisit, ut vitaret hanc repetitionem.

VERS. 15. — RATIONALE QUOQUE JUDICI FACIES OPERE POLYMITO. Hæc est secunda vestis pontificis, quæ sacratissima erat pars ipsius ephod, id est, superhumeralis, omniumque vestium sacerdotalium. Dicta est ab Hebraeis *chosen*, à Græcis *λεγιον*, à Latinis rationale, idque primò, quia pontificem, et consequenter populum admonebat eorum quæ summâ prudentiâ et ratione ipsius in suo officio, sacrificiis et sacerdo-

tio consideranda erant, quæque significabantur per nomina filiorum Israel, perque *urim* et *tumimim*, id est, per doctrinam et veritatem, quæ rationali inscripta erant. Secundò, quia rationale hoc dabat oracula, quasi mente aut ratione providi et propheticâ predictum foret, unde rationale posset et vocale et verbale vocari, utrumque enim significat græcum *λογος*, ait S. Aug. quest. 146. Utrumque etiam significat Hebræum *chosen*. Nam à radice *chasa*, id est, tacuit, dicitur *chosen* per antiphrasin, quasi minimè tacens, vel quòd tacens licet, daret tamen oracula per sacerdotem. Secundò, alludit *chosen ad chosen* per *samech*, id est, fortitudo et protectio: quia rationale hoc muniebat et protegebat pectus sacerdotis instar lorice.

Tertiò, alludit *chosen*, per metathesin ad *nachas*, id est, divinavit, oraculum dedit. Hinc dicitur *rationale judicii; judicii*, inquam, partim humani, hoc est, debiti (hoc enim Hebraeis significat judicium) et officii sacerdotis, et populi Israel, cujus, ut dixi, eos admonelat; partim divini, quò scilicet Deus sententiam suam dicebat per pontificem: pontifex enim rationali indutus de rebus dubis consulebat Dominum, et ab eo de iisdem erudiebatur, tanquàm fungens munere pontificio nomine totius populi, ac mox ipse Dei judicium, id est, sententiam et oraculum populo enuntiabat.

Tropol. rationale judicii significat munditiâ cognitionem, item prudentiam et circumspectionem, atque rationem examinis nostri tam interni quàm externi, puta tam conscientie quàm operum exteriorum, quæ maximè sacerdotem ornant. Vide Bedam lib. 5 de Tabern. c. 5, et Gregor. 2 p. Past. c. 2 et seq. Ita abbas ille in Vitis Patr. lib. 5, c. 11, n. 59, dicebat: *Debet monachus quotidie manere et sero cogitare in semetipso quid fecit eorum quæ vult Deus, et quæ non fecit. Et ita tractant omnem vitam suam penitentiam agenda, monachum esse oportet: sic enim abbas Arsenius vixit. Idem examen mane et vespere magno sensu et spiritu compunctionis faciebat S. Ephrem, ut ipse fatetur in Vita S. Mariæ meretricis, in fine.*

VERS. 16. — QUADRANGULUM ERIT, non geometricè, sed physicè, q. d.: Quadrum erit: neque enim rationale hoc erat alterâ parte longius; sed omnibus suis partibus erat æquilaterum; nam habebat palmum sive spatulam, hoc est, duodecim digitos in longitudine, et totidem in latitudine.

ET DUPLIX. Puta duplicatum, et duplici telâ constans ad hoc ut sustinere possit lapides, sive gemmas in eo collocandas.

VERS. 17. — PONESQUE IN EO QUATUOR ORDINES LAPIDUM. Ad mysteria hos lapidum ordines expressit et descripsit ipse Dominus. Hos lapides, inquit S. Hier., legimus in diademate principis Tyri, Ezech. 28 (licet ibi tantùm novem legantur lapides, qui significant novem angelorum ordines, inquit S. Hier.; ex singulis enim aliqui cum Lucifero, quem rex Tyri representat, ceciderunt), et in Apoc. S. Joannis c. 21, sed alio ordine; in Apoc. enim duodecim lapides significant duodecim Apostolos, qui fundamenta sunt

Ecdesiæ militantis et triumphantis: unde sub horum lapidum nominibus et specie, virtutum vel ordo vel diversitas indicatur, ait S. Hier.

Ubi nota, in nominibus horum lapidum, uti et herbarum, arborum, avium et animalium, cæcitere et divinare recentiores Hebræos: proinde ne fallamur, tutissimum erit sequi S. Hier., Septuag. et Chald., qui mirè hic consentiunt.

Tropol. quatuor ordines gemmarum sunt quatuor virtutes cardinales, ait S. Hier. ad Fabiol., quæ dum invicem miscentur, duodecim efficiunt combinationes, ut patet si quis singulas ordine cum aliis tribus combinet, verbi gratiâ, primò, prudentiam cum fortitudine; secundò, prudentiam cum temperantiâ; tertio, prudentiam cum justitiâ; rursùm, quartò, fortitudinem cum prudentiâ; quintò, fortitudinem cum temperantiâ; sexto, fortitudinem cum justitiâ; et ita consequenter temperantiâ et justitiâ combinet cum aliis tribus.

Tres lapides in singulis ordinibus sunt tres virtutes theologice, ait Beda.

Allegoricè Tertull. lib. 4 contra Marc., c. 13, hisce duodecim gemmis docet significatos esse duodecim Apostolos; iisdem enim significantur Apostoli Apoc. 21.

Quæres cur in 12 hisce gemmis omittatur adamas, qui inter gemmas primatum tenet? Primò, Alcazar in Apoc. 21, 19, disputans de calcedonio, censet calcedonium S. Joannis esse carbunculum Mosis hic, et carbunculum Mosis esse adamantem: sunt enim, inquit, carbunculi candicantes, idèque adamantini, qui scilicet in adamantes transeunt, sicuti carbones (ex quorum similitudine carbunculus nomen accepit), dum nimis ardent, non rubent, sed cadent, uti apparet in ferro candenti, quòd ubi maximè ignitum est, candet; undè à fabris ferrariis vocatur argentum. Verùm hoc refutavi Apoc. 21, 19. Secundò, alii censent Deum hic in rationali pontificis omisisse adamantem, quia adamas, utpote durus et intractabilis, symbolum est hominis præfacti et tyranni. Verum et hoc refutavi Ezech. 3, 9; ibi enim Ezechiel à Deo comparatur adamantem, sitque adamas.

Dico ergo genuinam hujus rei causam litteralem esse duplicem. Prior, quia adamas nimis est pretii: videmus enim parvos adamantem instar fabæ romanæ, æstimari 40 aut 50 millibus aureorum. Quare adamas tanta magnitudinis ut in eo inscribi posset nomen *Jehuda*, aut alterius tribus, constitisset plus quàm centum millibus aureorum. Unde hoc pretium, imò habito pretio, undè adamantem tantum sibi comparassent pauperes Hebræi *Ægypto* exentes? Ita primi pontifices et christiani religionis, sanctitatis et paupertatis magis studiosi quàm pompæ et splendoris, templa et calices, aliisque res sacras malebant mediocres et simplices, quàm splendidas nimis et pretiosas. *Olim*, ait ille, *sacerdotes aurei celebrabant in calcibus aeneis; nunc sacerdotes aenei celebrant in calcibus aureis.* Hæc videtur causa cur Constantinus, imperator magnificentissimè aequè ac religio-sissimè, in templo

S. Petri, Pauli, et aliis mediocritatem servavit, quia scilicet S. Sylvester eam deposcit in initiis illis temporum, et dominantis christianismi: alioquin enim novum Pantheon, imò Salomonium templum edificasset.

Posterior, ne nimia esset inæqualitas inter tribum, qui daretur adamas, et cæteras quibus alie gemmæ viliores darentur; quæ illi occasio esset superbiæ et ambitionis, cæteris invidiae et odii; uti Joseph ubi tunicam polymitam à patre acceptam, cæteris fratribus exosus et invisus fuit. Adamas enim est regina gemmarum, et incomparabiliter cæteras omnes claritate, duritiâ, soliditate et pretio superat. Addit S. Epiph. tract. de Lapidibus et Gemmis (penes quem sit fides, nec enim Moses aut Scrip. ejus meminit) pontificem tempore Salomonis ingredientem in templum, tribus anni solemnitatibus, puta in paschate, pentecoste et festo tabernaculorum, præter gemmas rationales, in pectore gestasse adamantem, inter duos smaragdos, qui splendebat, si populus à peccatis immunis, Deo erat charus; sin per peccata ejus iram provocasset, obscurus evadere aut sanguineus, quasi comminatus Dei vindictam et gladium. Sic apud Christianos summus pontifex in pectore gestat adamantem, ut dixi Ezech. 3, 9.

Symbolica causa fuit ut significaretur vetus sacerdotium, adèque veterem legem et synagogam non fore adamantinam, id est, invicta, infrangibilis, constantia et perpetua; frangenda enim et abolenda erant per Christi sacerdotium, legem et regnum.

IN PRIMO VERSU (id est, ordine) ERIT LAPIS SARDIUS, ET TOPAZIUS, ET SMARAGDUS. Describamus hic nomina singulis lapidibus inscripta, singulosque lapides adaptemus tum suo patriarchæ, tum suo Apostolo. Sequar in hæc re tum alios, tum præsertim Franc. Riberam, lib. 5 de Templo c. 14, et in Apoc. c. 21, qui præ cæteris egregiè singula hæc adaptat. Porrò servatur hic in patriarchis ordo nativitatis et ætatis, ut qui prior est ætate precedat, et priorem sortiatur gemmam; postponitur hic ergo Judas, Joseph et Benjamin, qui virtute et dignitate alios antecedeant. Rectè Agelaus, alius se inferioribus postpositus, dixit: *Ostenadam non loco virum, sed viro locum coherentari;* testis est Plut. Porrò Abul. et Alcazar in Apoc. 21, 20, notat. 55, contendunt hic numerandum esse Levi, idèque ut tribus sint 12 non tredecim, Ephraim et Manasse contrahendas esse in unam, scilicet Joseph, qui fuit pater utriusque. Accedit Chaldæus, qui Cant. 5 nomen Levi in unâ gemmâ apponit. Verùm verius est omnitendum esse Levi, ac consequenter tribum Joseph dividendam in duas, scilicet Ephraim et Manasse. Ratio est primò, quia pontifex ipse seipso representabat tribum Levi; erat enim ipse ex Levi et Levita. Secundò, quia 12, tribus posite hic in rationali erant populi, puta laicorum, pro quibus sacerdos oraturus erat; gestat enim eos in pectore, ut iugiter eorum in precibus recorderetur. At tribus Levi non erat laica, sed Deo consecrata, ac prout una cum pontifice, quasi capite suæ tribus, Deo pro cæteris tribubus laicis sup-

placat. Censetur ergo esse una cum capite suo, scilicet pontifice: eum enim stipabat eumque adjuvabat in sacrificiis et sacris pro populo abeundis. Non decebat ergo pontificem gestare in pectore tribum Levi, utpote cujus ipse erat caput et princeps: illam enim seipso representabat, sicut princeps representat remp., rex regnum, primogenitus totam familiam et stirpem.

Ad Chaldaeorum respondeo parvam esse Chaldaei illius paraphrastae auctoritatem: habet enim ibidem falsa et commentitia, et repugnat Onkelos, id est, Chaldaeo paraphrasta, quem habemus in Exodo, ut ipse Alcazar fatetur.

In primo ergo gemmarum ordine primus est sardius, qui ignis specie transluet, significatque Ruben primogenitum Jacobi: cujus libido se prodidit, tum patri, tum aliis, cum ad Balam patris sui uxorem accessit, Genes. 35, 22. Sed quia sardius tardius suffuso humore hebetatur, hinc convenit constantiae et amoris ejusdem Ruben, quo tam impensè conatus est Josephum è manibus fratrum liberare, Gen. 37, 21.

Tropol. sardius fervidam significat doctrinam, et pro eâ martyrium: est enim colore sanguineo et ligneo, quo feris terrorem incutit. Hinc Apoc. 21, tribuitur S. Bartholomaeo qui pro Christo exorciatus totus sanguineus, ideoque demonibus terribilis fuit; nec mirum est eandem gemmam nunc vitium, nunc virtutem significare: sic enim in Scripturâ tam dæmonem Christus vocatur leo, sed Christus ob fortitudinem, diabolum ob crudelitatem et furorem. Sicut militum vulnera, quæ in præliis sibi inflicta sunt, regi monstrantes fiducia liter loquuntur: ita et martyres manibus abscecta capita gestantes, et in medium afferentes, quæcunque voluerint, apud regem calorum impetrare possunt, ait S. Chrys. serm. in Juveninum et Maximum.

Secundus est topazius, qui partim caeruleo, partim aureo est colore, imò omni colore resplendet, ait Isidor. lib. 16, 7. Quidam topazium dictum putant à Topazio insulâ maris Rubri, quæ quoniam est nebulosa, eum à navigantibus sæpè quæstia esset, hinc nomen accepit, nam *τοπαζιον* lingua Troglodytarum *quærere* significat. Topazius congruit Simeoni sudaei et imperterritio, uti patuit in vindictâ stupri sorori sue Dina illati, Gen. 34, 25. Audaces enim et vafrî non rarò sunt caerulei et pallidi. Unde Julius Caesar, cum quidam malè suspicaretur de Antonio et Dolabella, et ab iis ut sibi cavere monebant: *Non hos, ait, metuo, rubicundos, ignavos et piagnos, sed graciles istos ac pulchros*, Brutum monstrans et Cassium, idque meritò, nam ab iis postea in curia dolosè occisus est.

Tropol. topazius significat animum celestem et ad omnia infractum, omnibusque adversis superiorem; est enim topazius caeruleus et fulvus, atque flammescit impensius, dum radiis solis verberatur. Hinc Apoc. 21, tribuitur Jacobo fratri Domini, qui celesti charitate irradiatus, per illam Judæos omniaque terrena supplantavit. Animus, ait Seneca ep. 66, *intendus est, ut pariter fugiendorum ac petendorum, non ex opinione, sed ex naturâ prælia rebus imponens, asperis blandisque pariter invidios, neutri se fortunæ submitteret*

supra omnia quæ contingunt acciditque emittens, imperturbatus, intrepidus consistat, quem nulla vis frangat, quem non atollant fortuita, nec depriment. Tali animus virtus est; hæc est ejus facies. Et rursum: Nilil, ait, magnum est in rebus humanis, nisi animus magna despicens. Cyrus, inquit Xenophon lib. 4, et formâ fuit pulcherrimus, et animo humanissimus, et discendi ad piscendique honores cupidissimus: adeoque nullum non laborem pertulit, nullum non periculum laudis gratiâ sustinuit. Quid jam faciet Christianus pro laude et gloria aternâ?

Tertius est smaragdus, qui maxime viret, ita ut res alias, quin et aere suo virore inficiat; unde hebr. vocatur *bareket*, id est, fulgurans; hinc et à Symmacho, testo S. Hier., vocatur Ceraunius. Smaragdus congruit Levi, ait Abulens., sed fallitur: Levi enim non computatur inter duodecim tribus, uti supra ostendi. Ergo smaragdus est Judas qui, si Levi excludas, fuit tertius Jacobi filius; smaragdus enim significat Judæa fortitudinem, et sceptrum perenne, semperque virans unde ad Christum, Genes. 49, 10.

Tropolog. smaragdus significat virginitatem; hinc Apoc. 21, tribuitur S. Joanni, qui semper virgo mirè viruit suâ virginitate. Unde Pierius hierogl. 41: *Sunt, ait, qui smaragdâ perpetuum clarumque virorem signum virginitatis esse velint; idque insuper argumento addunt, in patrandâ re venerè, si quis lapidem attingat, eum spontè frangi. Hoc posterius falsum esse per experientiam asserunt matrone conjugate; multæ enim annulos habent cum smaragdo, quos nec die nec nocte deponunt, qui tamen integri semper et illasi, etiam post copulam perdurant. Sic Catullus virginem comparat flori vernanti:*

*Ut flos in seipis secretus nascitur hortis,
Ignotus pecori, nullo contusus aratro:
Sic virgo dum intacta manet, etc.*

VERS. 18. — IN SECUNDO CARBUNCULUS, SAPHIRUS ET JASPEUS. In secundo ordine primus est carbunculus, græcè *ἀσφάδης*, id est, carbo ignitus, hujus enim speciem refert; unde et ignem non sentit, quod de causâ apyrotus dicitur à Plinio lib. 37. Hic congruit Dan et Danitis, quia suâ fortitudine exusserunt Lais, Judæ. 18, 27; et Samsoni Danite, qui ignitos titiones alligans caudis vulpium, iis succendit segetes Philistinum, Jud. 15, 5.

Tropolog. carbunculus significat ardentem charitatem; carbunculo in Apoc. representat chaldeonidius, qui carbunculo colore est similis, tribuiturque Jacobo fratri S. Joannis, qui ardens charitate Christi, primus Apostolorum pro Christo martyr occubuit.

Martyrium, ait S. Cyprian., est delictorum fuit, periculi terminus, dux salutis, iter patientie, magister domus vite. Magna sublimitas est, ante ora Domini aspiciendique Christi, potestatis humanæ tormenta contemnere. Rursus Laur. Just. de Ligno vite c. 4: *Charitas, ait, est impenetrabilis lorica, respicit gladium, juvenla excutit, periculum insultat, mortem irridet, postremè vincit omnia. Egregiè S. Aug. de Laude charitatis: Hæc, ait, in adversitatibus tolerat, in prosperitatibus temperat,*

in duris passionibus fortis est, in bonis operibus hilaris, in temporalibus ditissima, in hospitalitate latissima, inter bonos fratres lævissima, inter falsos sapientissima. In Abel per sacrificium læta; in Noe per diluvium secura; in Abraham peregrinatione fidelissima; in Mose inter injurias lævissima; in David tribulationibus mitissima. In tribus puris blandos ignes fortiter tolerat; casta in Susanna super virum, in Anna post virum, in Maria præter virum; libera in Paulo ad arguendum, humilis in Petro ad obediendum, humana in Christianis ad confutendum, divina in Christo ad ignoscendum. Ipsa est fidei fructus, divitiarum pauperum, vita morientium.

Secundus est saphirus, qui caeruleus est, id est, celestis coloris, et aureis punctis collocet, quippe radiis solis percussus ardentem emittit fulgorem. Hic congruit Nephthali, à quo plerique Apostolorum prognati, aurea et celestis Evangelii verba, et (ut Jacob valentinus test., Gen. 49, 21) eloquia pulchritudinis orbi dederunt.

Tropol. saphirus significat eos qui corpore in teris, mente et vitâ in caelis versantur, unde in Apoc. tribuitur S. Paulo, ut vult Aretas, vel potius S. Andreas, qui amore caeli et radiis Christi, biduo apud eum manens, percussus, in ejus amore exarsit, et terrena omnia, prospera æquè ac adversa calcavit. Virilis ergo Andreas juxta nomen suum fuit *ἀσφάδης*, id est, vir. Vir, inquit Cassiod. in Psal. 1, *vocatus à viribus, est qui nescit in adversis tolerando deficere, aut in prosperis aliquâ elatione se jactare; sed animo stabili deflexus, et celestem rerum contemplatione firmatus, manet semper imparvulus. Et S. Greg. lib. 7 Mor.: Justorum, ait, fortitudo nec carnem vincere, propriis voluptatibus contrariè, delectationem vite presentis extingueret, hujus mundi spera pro æternis præmiis amare, prosperitatis blandimenta contemnere, adversitatis metum in corde superare.*

Tertius est jaspis, gemma firmissima et virens, ideoque smaragdo subsimilis, ait Isidor. lib. 16, c. 7. Jaspis congruit Gad: tribus enim Gad fortissima preivit alias tribus ad terram promissam, fortissimèque pro illis dimicavit, Num. 32, 23, et Josue 4, 12; unde et Gad hebraicè idem est quòd instructus, accinctus, armatus, felix, Gen. 48, 19, in Hebræo.

Tropolog. jaspis significat fortitudinem fidei: unde in Apoc. tribuitur S. Petro, qui est petra et fundamentum Ecclesie post Christum, ideoque feliciter hæc petra in suis successoribus pontificibus perdurat et perdurabit. Augustus Caesar Caio Casari, Julicæ filie suo filio, cum eum in Armeniam mitteret, precatus est à diis gratiam Pompeii, audaciam Alexandri, fortunam suam concessit, inquit Plutarch. Christus suam gratiam, fortitudinem et felicitatem apprecatus est, et apprecando contulit S. Petro, ejusque, imò suis hæreditibus.

VERS. 19. — IN TERTIO LIGURIUS, ACHATES ET AMETHYSTUS. In tertio ordine primus est ligurius, quem alii vocant lycæurum, putantque esse gemmam ex urina lyncei coagulam, *λύξ* enim est, lynx, *ὄρεξ* est urina, sed id rejicit Plinius, lib. 37, c. 3, potiusque si tali

materiâ coalescat, succinum sit, quàm gemma, et ita Franciscus Ruca ligurius ait esse succinum, non ex urina lyncei, sed ex pino arbore distillans. Alcazar quoque in Apoc. 21, notat, 51, censet ligurius esse etectrum, vel succinum durius, pretiosius et rarius. Verùm hinc non succini, sed gemmarum ponuntur ordines. Incertum ergo est quis sit ligurius: verisimile tamen esse hyacinthum. Primò, quia ita interpretatur S. Hieron. Secundò, quia hyacinthus est lapis pretiosissimus, unde non est verisimile eum solum hic esse prætermisum. Tertio, quia Apoc. 21, 10, pro ligurio ponitur hyacinthus. Quarto, *λύξ* enim primò vocavere Septuag., inde Josephus et S. Hieron. *λύξ* autem Græcis suave, jucundum significat; hyacinthus verò, teste Plinio, lib. 57, 9, fulgore suo violaceo ita passit oculos rapitque, ut evanescat antequam satiet, adeoque non implet oculos, ut penè non attingat. Josephus quoque ligurius ab admirandâ pulchritudine commendat. Quid mirum ergo si ab etymo ligurius dicatur antonomastice, qui propriè hyacinthus? Hic congruit tribui Aser, quæ cæteris ditior fuit et delicatior, Gen. 49, 20. Hinc et Ruca scribit persuasione fuisse quorundam hyacinthus divitiis afferre, quod tamen vir sapiens non faciliè credit.

Tropol. hyacinthus significat contemptum terrenorum, et amorem celestium: hinc in Apocalypsi congruit Simoni Chanagone, qui celestibus et suavissimis fuit moribus. Est enim hyacinthus violaceus, et celestis coloris instar sapphiri, et instar floris, qui dicitur hyacinthus. Titus imperator ob suavitatem et benevolentiam, dictus est, *delicia orbis*; hic admonitus ab amicis quòd plura polliceretur quam præstare posset, respondit: *Non oportet quinquam à Cæsaris colloquio tristem abscedere.* Ita Sueton. in ejus Vita. Adrianus imp., teste Dionè, in colloquiis etiam humillimorum mirè civilis erat, eosque detestari solebat, qui hanc humanitatis voluptatem ipsi inviderent hoc prætextu, quòd dicerent principis majestatem ubique servandam. Illustre est exemplum religiosi qui fratrem divagantem, et in apostasiam proclivem suo obsequio et suavitatè servavit, in Vita Patrum lib. 3, c. 5, n. 28. F. contra Dionysius tyrannus ab Aristippo interpellatus pro amico, preces non admisit: Aristippus prostratus cepit amplecti pedes regis et imprecavit. Id factum cum quidam velut abjectus quàm ut philosophum doceret, reprehenderet: *Non ego, ait, sed Dionysius est in culpa, qui aures habet in pedibus, testis est Laert. lib. 2, c. 8.*

Secundus est achates, ita dictus ab Achate fluvio Siciliæ, juxta quem primò est reperitus, ait Plinius; aut, ut alii, dictus est *ἀχάτης*, id est, sociabilis, quia multa in eo figure, et colores varii associantur. Nam, ut tradit Isidorus lib. 16, c. 11, niger est habens circulos nigros et albos junctos est variatus, similisque est hermatiti: ejus species est corallachates, qui aureis guttis inspersus est. Scribit Anselm. Boethius insignis medicus, et gemmarius Rudolphus II. imp. lib. 2 de Gemmis c. 97, *omnem achatem venenis pestiferis, viperarum atque scorpionum ictibus adversari. Cor enim re-*

creat, ac adversus omne genus contagi fuerit. Stim achates ore contenta, manaque detenta febrientium aestus non obscure compescit (omnes enim gemmæ frigidæ sunt et sicce, ut idem ait c. 66). *Narratur aquilina nido suo achatem imponere, ut pullos contra venenatorum animalium morsus tueatur. Scribunt aliqui rurbanum achatem visum acere. Ex achate faciunt coronas precatorias. Hic significat tribus Issachar, inter medios peccatores site, sanctitatem, quam proinde laudat Mos. Deut. 33, 49. In Apoc. achati respondet chryso-prasus, ita dictus, quod porri succum colore suo referat; idem pallore suo ad nigredinem accedit, aureis intervenientibus guttis, unde corallachati affinis est, tribuiturque in Apoc. Judæ Thaddæo: ejus aurea sapientia et acrimonia (hanc enim symbolicè et tropol. significat chryso-prasus) in hereticos, patet ex ejus epistola.*

S. Pachomius ex fœtore teterrimo agnovit Origenistas, eisque minatus est gehennam nisi resipiscerent, et libros Origenis in flumen demergerent, ut patet ex Vita ejus c. 44. Sic Aphraates monachos eremo exiit in urbem, ut Arianis resisteret; cùmque Valens imper. eum argueret, dicens monachi esse solitudinem, respondit: *Teipsum reprehende, qui flammam in domum Dei injecisti, non me, qui egressus sum ut eam extingam;* testis est Theodor. in Philotheo. Sic acer in hereticos fuit S. Hier., S. Hilarius, S. Athanasius et alii.

Tertius est amethystus, qui purpureus est, roseus et violaceus, sculpturâ facilis, leniterque flammulas fundit. Dicitur est amethystus, ἀπό τοῦ ἀμβροῦ, id est, inebriare, et à privativo, eò quòd non inebrietur, id est, vini colorem non integrè accipiat, aut quòd ebrietas resistere credatur. Ita Isidor. et Plinius. Differt ab hyacintho, quòd fulgor violaceus in hyacintho sit dilutus, in amethysto vero sit micans, ait Plin. lib. 57, c. 9. Amethystus congruit Zabulon, ex quo nonnulli Apostoli prognati sunt, celesti virtutum splendore radiant.

Tropol. amethystus significat humilitatem: unde in Apoc. datur Mattheæ, qui nomine (Matthias enim significat hebr. donum Dei) et in oculis suis parvus, nunquam superbia inebriatus fuit; hinc divina sorte et vocatione, in Apostolum loco Judæ electus, magnus evasit. Interrogatus est quidam senex: Quid est humilitas? et resp. dixit: *Humilitas magnum opus est et divinum: via autem humilitatis hæc est, ut labores corporales assumi debeant, et adscribat seipsum homo peccatorem, et ponat se subiectum omnibus. Et dixit frater: Quid est esse subiectum omnibus? Resp. senex: Hoc est esse subiectum omnibus, ut non attendat quis aliena peccata, sed sua semper aspiciat, et deprecetur sine intermissione Deum. In Vit. Patr. lib. 5, c. 13, n. 82. Interrogavit quidam frater senem, dicens: Dic mihi unam rem quam custodiam, et vivam per eam. Et dixit ei senex: Si poteris continentiam pati et sustinere, magnum est hoc, et super omnes virtutes. Ibidem n. 85.*

VERS. 20. — IN QUARTO CHRYSOLITHUS, ONYCHISUS, ET

BERYLLUS. In quarto ordine primus est chrysolithus, qui partim aurei, partim marini est coloris: unde hebaricè vocatur tharsis, id est, marinus, inquit S. Hier. Hic congruit tribui Ephraim, qui regiam potestatem in Jeroboam adeptus, eam diutissimè tenuit.

Tropol. chrysolithus significat penitentiam; unde in Apoc. tribuitur Mattheo, qui ponens fuit, et fervens amore Christi. Præclarè S. Greg. *Pterumque, ait, gratior est Deo fervens post culpam vitam, quam securitate torpens innocentia.* Hoc verum esse patet in S. Mattheo, Petro, Paulo, et aliis. Narrat Pallad. in Lausiaca c. 140, de quadam virgine lapsa, quæ penitens per 50 annos mancipavit se obsequio ægrotorum, manerum ac mutilatorum, itaque placuit Deo, ut cuidam sancto presbytero revelaretur illam magis placuisse Deo in penitentia quam in virginitate.

Secundus est onyx, ita dictus ab unguis humani similitudine. Hic significat Manasse, ob morum candorem et humanitatem: unde et in Apocal. datur Philippo. De onyche ita scribit Ansel. Boetius lib. 2 de Gemmis c. 91, 92 et 93: *Sardonix est, dum onychi sardius adjunctus est. Chalcedonium, dum abest rubicundus et abest rubicundus. Varia enim sunt onychum genera. Alia enim nigrae prorsus, alia cum albedine, cum fusco, flavo, lacteo, subcæruleo corneoque colore, miram varietatem ostentant; omnes, vel lineas habent, quibus colores à sese mutuo distinguuntur. Tantar interdum est magnitudinis, et columnula inde fieri possunt. Romæ enim in basilicâ S. Petri sex columnule onychinæ conspiciuntur. Appianus testatur Mithridatem Ponti regem, duo millia pædorum ex onyche in suo thesauro habuisse. Sub onyche et sardonique et chalcedonium intellige. Nam et hi apud veteres pro onyche habebantur. Onychina pocula apud Romanos myrrhina vocabantur. Onyx ceram non recipit, idè ad sigilla aptissima est. Onyx et sardonix hodiè à gemmariis nicolis vocantur.*

Tropol. onyx significat candorem et innocentiam. Rectè Chrys. hom. 6 in Matth.: *Sicut, ait, in conspectu hominum gratiosa est facies pulchra, sic in oculis Dei speciosa est conscientia munda.* Et S. Bern.: *Non medicis est titulus virtutis inter provos vivere bene, et inter malignantes retinere innocentiam candorem, et morum lenitatem.* Et Lact. lib. 6: *Nilil, ait, sancta et singularis illa majestas aliud ab homine desiderat, quam solam innocentiam; quam si quis Deo obtulerit, satis piè religiosèque vivit.* Quint. et poeta Horat. lib. 1, odâ 19:

*Integer vitæ, scelerisque purus
Non eget Mauri jaculis, nec arcu,
Nec venenatis gravida sagittis,
Fusce, phœtræ.*

*Sive per Syrtis iter estuosas,
Sive facturus per inhospitalem
Caucasum, vel quæ loca fabulosus
Lambit Hydaspes.*

Tertius est beryllus, qui instar aquæ solis fulgore percussæ, rubicundus est et decorus, sed non fulget, nisi in sexangulas formas poliatur: repercussione

enim angulorum fulgor acuitur, tenentisque manum adremere dicitur. Affertur ex Indiâ, unde in Apoc. tribuitur Thome, Indiæ apostolo, qui tentationibus et adversitatibus in fide probatus et roboratus mirè refulsit. Hic vero tribuitur tribui Benjamin, qui primum Hebræis dedit regem Sautem, sed statim, eo mortuo, regno privata est: rursùm tempore Miche accisa est ad sexcentos viros, Judic. 20, 47. Unde postea ex afflictione resurgens, et propagata fulgore cepit, solaque adhasit tribui Judæ tempore schismatis sub Jeroboam: ipsa denique dedit Paulum Apostolum, ita inter labores et adversa fulgentem et triumphantem.

Tropologicè beryllus significat animum fortem et heroicè, adversa quæque vincentem, de quo dicitur:

*Si fractus illabatur orbis,
Impavidum ferient ruinae.*

Sicut sumus, ait S. Chrys. in Matt. hom. 49, ante ignem procedit, ante victoriam pugna; sic et ante gloriam Christi, tentatio anticristi. Ita S. Thomas tentatus et mutans in fide, per Christum confirmatus, solidior quàm ante evasit, adeoque præ aliis Apostolis per plurima et maximas gentes, perque multa adversa fidem Christi propagavit, ut docet Thomas Staplet. in ejus Vita. Alexander Magnus, audiens Darium Persarum regem multas parare militum myriades, respondit: *Unus lupus non timet multas oves.* Benjamin fuit lupus rapax: ita S. Thomas Indos aliasque gentes, quasi oves non timuit, sed rapuit eas Christo et Ecclesie.

Nota. Hæ duodecim gemmæ non minùs sunt pontificis eas in pectore gestantis, quàm 12 tribuum eis inscriptarum. Quare sicut tribuum, ita et pontificis dotes et virtutes quas habet, vel habere debet, significant. Unde allegoricè, Christus per pontificem veterem adumbratur. Primò, est sardius, quia timores expellit, et Apostolos ac fideles demonibus terribiles facit. Secundò, est topazius, quia celesti et infractâ charitate delectat tam angelorum quàm sanctorum. Quartò, est carbunculus, quia lux mundi, eum illuminans et inflammans. Quintò, est saphirus, quia celestis est ejus doctrina et vita. Sextò, est jaspis, quia petra Ecclesie fortissima, et quia juvat ad partum bonorum operum. Septimò, est hyacinthus, quia mitis et humilis corde, et quia infirmitati animi resistit, eamque à suis expellit. Octavò, est achates, quia acer in infideles et impios, et quia abortivum peccati per confessionem non expellere facit. Nonè, est amethystus, quia resistit somno, ebrietati, omnemque acediam fugit. Decimò, est chrysolithus, quia venit vocare non justos, sed peccatores ad salutem. Undecimò, est onyx, quia moribus candidus, et quia bellum movet in vitia. Duodecimò, est beryllus, quia in omni tentatione et passione ac cruce constans permansit, imò clarior effulsit. Ita ferè Salmeron tom. 7, tract. 11.

VERS. 21. — HABENTQUE NOMINA FILIORUM ISRAEL, DUODECIM NOMINIBUS CÆLABANTUR, SINGULI LAPIDES NOMINIBUS SINGULORUM PER DUODECIM TRIBUS. Hebr. est, *sculpes eos sculpturâ sigilli secundum nomen suum; et Chald. sculpes eos sculpturâ distinctâ, sicut sculpturâ*

annuli, vel sigilli, singulos juxta nomen suum. Idem clarior dicitur de onychinis in ephod, v. 10, Heb., Chald. et Sept., scilicet nomina filiorum Israel in iis sculpta esse sculpturâ sigilli, *et scemth*, id est, secundùm nomina, vel prò nominibus filiorum Israel. Unde censet Hier. Prado in Ezechiel 1, p. 43, tam in duobus onychinis, quàm in duodecim gemmis rationalis, duodecim nomina filiorum et tribuum Israel insculpta fuisse, non per litteras, sed per notas et signa hieroglyphica more ægyptio: scilicet iis fuisse insculpta insignia (quæ Galli vocant *les armoiries*) representantia stemma cuiusque tribus, ejusque principem et caput. Sicut ergo nobiles in suis annulis et sigillis sculptum insigne suæ nobilitatis, ut clypeum, galeam, leonem, etc., ita tribus Jude signabatur per leonem, Dan per aquilam, Ephraim per bovem, Ruben per caput humanum, etc.; hoc enim cuiusque tribus erant insignia, ut dicam, Num. 2. Id ita factum esse probatur secundò, ex Sap. 18, 24, ubi dicitur: *Parentum magna in quatuor ordinibus lapidum erant sculpta; pro magna hæc erant insignia, id est, gloriæ, excellentiæ, victoriæ, tropicæ, nobilitatis insignia, stemmata parentum, de quibus jure gloriabantur; ergo stemmata hæc, non autem ipsa nomina tribuum insculpta erant hæc gemmis.* Sic Ciero poculum aureum diis dedicans, prenomen suum nomenque litteris insculptis, cognomen verò Ciceronis ciceræ celato indicavit; cicer enim erat insigne et stemma Ciceronis; ita Plutarch. in Cicerone.

Hæc sententia in speciem probabilis et plausibilis est; verùm si quis solidè rimetur verba Script., apparebit non esse vera, nam disertè tam Hebr. quàm Septuag., Chald. et noster dicunt ipsa nomina fuisse insculpta gemmis, ut patet v. 9, 10, 11, 12, 21, 29; unde quod dicitur in Hebr., Chald., Septuag.: *sculpes eos sculpturâ sigilli*, nihil aliud est quàm quod noster vertit: *Opere sculptoris, et cælaturâ gemmarum sculpes eos nominibus filiorum Israel*, q. d.: *Insculpes iis nomina filiorum Israel, sicut sculptores et gemmarii suis sigillis et gemmis insculpunt characteres et notas quas volunt.* Ita enim explicant Lyran., Abul., Vatabl. et alii passim. Sic enim hæc phrasis accipitur tum alibi, tum v. 36, ubi dicitur: *Facies laminam, in qua sculpes opere cælatoris* (hebr. sculpturâ sigilli, id est, sicut sigilla solent exculpi et cæleri) *Sanctum Domino.*

Ad locum Sapient. respondeo in gemmis fuisse scripta parentum magna, græcè ἄγαλα, id est, gloriosa et magna nomina patriarcharum: ab his enim duodecim quasi patriarchis, duodecim tribus omnesque posterè denominati sunt; pari enim modo ibidem subdit Sapient. magnificentiam Dei, id est, magnificentem Dei nomen tetragrammatum, puta *Jehova*, scriptum fuisse in diademate pontificis.

VERS. 22. — FACIES IN RATIONALI CATENAS. Hæ eadem sunt cum illis v. 15, ut ibi dixi.

VERS. 26. — FACIES ET DUOS ANULLOS AUREOS, QUOS PONES IN SUMMITATIBUS RATIONALIS. Hoc v. 26 et sequentibus duobus, describitur alius ligamen rationalis

cum ephod, aliud, inquam, à duabus catenulis ad humeros ascendentibus, de quibus v. 15 et 22: catenule enim exterius erant, ligamen verò hoc erat internum et immediatum: rationale enim in quatuor angulis et oris suis, puta in duobus qui erant sursùm, et in duobus qui erant deorsùm, habebat quatuor annulos aureos, quibus totidem annuli in ephod ex adverso respondebant; ita ut annulus quæque rationalis cum annulo ephod sibi respondente neceretur vitâ hyacinthinâ. Insinuat Josephus vitam hanc non omnino arête strinxisse duos hos circulos: ait enim, ne quid inter circulos hiaret, filo hyacinthino id expletum fuisse. Porrò, ut Hebr. hic indicant, rationale ita superponebatur texturæ ephod, ut oras ejus pariter et annulos excederet et cooperiret.

ET POSTERIORA EIUS RESPICIUNT. *Posteriora*, id est, interiora. Ita Hebr., pars enim anterior exterior erat, et visui patens: posterior verò erit interior, abscondita et tecta ab excrecente orâ rationalis, uti dixi; sic, c. 5, v. 1, dicitur Moses duxisse gregem ad interiora deserti: hebr. est post desertum, vel ad posteriora deserti.

VERS. 27. — CONTRA FACIEM JUNCTURÆ. Hebr. è regione juncturæ ejus, super texturam ingemissam ephod.

VERS. 29. — PORTABITQUE AARON NOMINA FILIORUM ISRAEL IN RATIONALI JUDICI SUPER PECTUS SUUM. Hebr. *super cor suum*, sed *cor* hebraicè etiam pectus significat. Jubeatur ergo pontifex, uti pritis, v. 12, in humeris, ita nunc in pectore gestare nomina tribuum Israel rationali insculpta, ut salutis animarum sibi commissarum admoveatur, easque non tantùm humeris gestet, sed intimo cordis sinu curâ et oratione sua foveat. Vide supra, v. 11. Unde subditur: *Memoriale coram Domino*, id est, in memoriam vel monumentum, quòd coram Domino duodecim tribus in pectore gestet, idque in æternum, id est, semper, quando videlicet et quoties ingressurus est sanctuarium. S. Bern. epist. 42 ad archiepiscopum Senonensem, docet minus episcopi in duobus consistere, scilicet ut in omnibus suis actibus non querat aliud nisi primò gloriam Dei, secundo salutem sui populi. Hoc, inquit, *agens pontifex, implet non solum pontificis officium, sed et etymologiam nominis, potens seipsum faciens inter Deum et proximum. Pertingit pons iste usque ad Deum eò fiduciat quâ non suam, sed Dei gloriam querit. Pertingit usque ad proximum illâ pietate, quâ ipsi, non sibi, prodesse desiderat.*

VERS. 30. — PONES AUTEM IN RATIONALI JUDICII DOCTRINAM ET VERITATEM, QUÆ ERUNT IN PECTORIBUS AARON, QUANDO INGREDIEMUR CORAM DOMINO, ET GESTABIT JUDICII FILIORUM ISRAEL IN PECTORE SUO, IN CONSPECTU DOMINI SEMPER. Pro *doctrinam et veritatem*, hebr. est *urim et tummin*. Aliqui (quibus favet Card. Bellarm. lib. 4, c. 5, de Pontifice) *urim* deducunt à rad. *urn*, id est, docere, eò quòd noster *urim* veritatis *doctrinam*; *tummin* verò deducunt ab *amin*, id est, credidit: quia noster *tummin* vertit *veritatem*: hæc enim est obiectum fidei et assensus nostri, puta id quod credimus. Alii deducunt ab *or*, id est, lux, ut *urim* idem sit quod

lucis vel illuminationes: *tummin* verò à radice *tammim*, id est, perfecti, completi; ut *tummin* idem sit quod integritates, vel perfectiones; *urim* ergo et *tummin* idem sunt quod *illuminatio et integritas*: sive, ut noster verit, sensum magis quam verba spectans, *doctrina et veritas*: per enallagen enim in Hebræo *urim*, ponitur numerus pluralis pro singulari, ad auxesim.

Quæstio est hic gravis admodum, quidnam in rationali fuerit *urim* et *tummin*, id est, *doctrina et veritas*? Primò R. Salomon et Judæi respondent fuisse nomen tetragrammaton; hoc enim includit mysterium Trinitatis et Incarnationis Verbi, uti dicit c. 6, v. 3, quo mens illuminatur et perficitur. Secundo, Cyrillus in Collect. c. 24, putat hæc non fuisse aliquid arte factum: aliqui enim Scriptura diceret quomodo illa constructa fuisset; sed fuisse cognitionem spiritalem, quæ ingrediebatur cor sacerdotis, quando pectori suo imponebat rationale. Sic et Orig.: *Quomodo, ait, femina aut textor potuit texere doctrinam et veritatem? sapientia ergo est que utramque facit.* Tertio, Hugo putat hæc fuisse characteres inscriptos rationali per diversas litteras, quas litteras cum proiecisset vel commisisset pontifex, ea Dei nutu ita combinabantur, ut significarent id de quo sacerdos consulabat Deum, puta quid in bello alivæ re faciendum aut vitandum erat. Quartò, Arias Montanus putat hæc fuisse duos lapides lucidissimos, immediate productos à Deo, Mosique ab eo datos. Sic ferè et Procopius in Denter. 35: *Inter duodecim, inquit, lapides in pectorali positos, erat claritas et veritas, per alios duos lapides representata.* Hic refertur potest sententia Anastasii Niceni, quæst. 58 in S. Script., qui putat *urim* et *tummin* fuisse adamantem, qui, cum pontifex ingrederetur in Sancta sanctorum, si populus peccato pollutus esset, nigresceret; si Deus illum punire decrevisset, sanguinei coloris efflueret; si non peccasset, abesceret ut nix, atque tempore Zacharie patris S. Joannis Baptistæ insigniter splenduisse. Quintò, Oleaster putat duodecim gemmas rationalis vocari *urim* et *tummin*, id est, illuminationes et perfectiones, eò quòd lucidissime essent et perfectissime; septem enim Hebræi ponunt abstracta pro concretis. Addit Christ. à Castro, loco mox citando, in lapidibus littere Deum scripsisse suum responsum et oraculum hitis expressis, aut per figuram et imaginem illud in eo depinxisse, sicut in oppido Lusitanæ Santaræno assiduo miraculo in pellucidâ crystallo visitur Christus, pro cuiusque devotione nunc puer tenellus, nunc duodecim annorum, nunc triginta, nunc crucifixus, nunc iudex rigidus. Sextò, Christ. à Castro, Comment. in minores prophetas, lib. 3, c. 5 Prolegom. censet *urim* et *tummin* fuisse *theraphim*; nam, Osee 5, 14, Sept. pro *theraphim* vertunt *θεραπειαι* et *ἀσθεύαι*, quo modo vertunt *urim* et *tummin*, Exod. 28, 30; *theraphim* autem erant imaginæculæ, seu idola, que interrogata dabant responsa voce manifestâ. Erant ergo, ait ipse, *urim* et *tummin* duo parvula simulæra affabrè facta, vel Dei manu, vel artificum, quæ ferebat sacerdos intra plicas rationalis,

et quoties aliquid erat interrogandum, efferret; et per illa Deus, vel angelus nomine Dei, clarè et perspicuè quid agendum esset, vel non agendum responderet, et propter sermonis perspicuitatem, quo manifestabantur responsa, unum vocabatur *urim*, id est, illuminationes, perspicuitates: et propter veritatem dicti aut promissi certò complendi, alterum vocabatur *tummin*, id est, consummationes, completiones, veritates. Dum autem sacerdos ea idola ostenderet, verisimile est ea conriscare solita, ad captandam populi attentionem et admirationem. Verùm quis credat Deum hostem idolorum, idola inseruisse rationali apud populum tum in idola maxime proclivem? Septimò et cæteris verisimilius Lyranus, Abulens., Lipoman. et Ribera censent *urim* et *tummin* non fuisse aliud quàm 12 lapides rationalis, qui dicti sint *urim* et *tummin*, id est, illuminatio et perfectio, sive veritas; quia per hosce lapides Deus perfectissimè illuminabat pontificem, et per eum populum, respondebatque consulentibus de rebus agendis, quid facti esset opus; si enim hæ gemmæ splendorem emitterent, significabant Deum Hebræis esse placatum, eisque adfore, ac daturum felicem belli aliarumque rerum eventum; si non fulgerent, sed obscurarentur, significabant Deum Hebræis iratum esse, sinistramque fore rei eventum.

Addit Hebræi et R. Salomon litteras duodecim ribuum hæce lapidibus insculptas promississe, vel coivisse, ita ut sacerdos ex illis dictione concinnare, et quasi respondere posset; ut cum David rogaret, 2 Reg. 2: *Num ascendam in unam civitatem Juda?* respondit ei Dominus: *Ala*, id est, ascende; illi dicant istas tres litteras promississe, *ain* ex nomine Simeon, *lamed* ex nomine Levi, *he* ex nomine Jehuda. Ingeniosum videtur hoc figmentum.

Ut in re tam obscurâ aperiam id quod sentio, dico primò: Satis patet ex Scripturâ Deum per *urim* consultum solere respondere et dare oracula, vel potius *urim* hoc alibi non usurpari, nisi ubi Dei responsum sciscitantur per pontificem, vestibus pontificalibus et rationali maximeque *urim* indutum: ita enim, Num. 27, 21, dicitur: *Eleazar consulat Dominum*; hebr. est: *Eleazar interrogabit Dominum in judicio urim*. Similia suat, 1 Reg. 22, 15, in Hebræo; et c. 25, 2 et 4; et c. 28, 6; et 1 Esdræ 2, 63; et 2 Esdræ 7, 6, 8, et alibi. Sicut enim Deum consulebant per prophetas, ita et per pontificem pontificalibus urimque vestitum.

Dico secundo: Mihi verisimilius videtur hæc duo nomina *urim* et *tummin*, id est, doctrina et veritas, inscripta fuisse rationali, ita ut, cum dicit Script.: *Pones in rationali doctrinam et veritatem*, sensus sit, inscribes in rationali hæc duo nomina, Doctrina et Veritas, sicuti tiaræ pontificis inscripta fuerunt duo verba, *Sanctitas Domino*, uti videbimus v. 56. Hæc sententia probatur primò, quia hic planus et simplicissimus est sensus verborum Script. quæ vix alium patitur: nam cum fusè descripsisset Moses duodecim gemmas rationalis, et immèdiatè ante hoc præceptum de ponendo *urim* et *tummin* in rationali,

rursus duodecim gemmarum clarè meminisset: quorsum, quæso, paulò post eadem tam obscurè nominibus *urim* et *tummin* inculcasset?

Dices eas denotè per *urim* inculcari, ut usus et finis harum gemmarum significetur, videlicet quòd illæ erunt instar oraculi, per quod Deus consultus respondebit, quasi dicat: Pones *urim* et *tummin* in rationali, id est, pones oraculum in rationali.

Sed contra: Primò, hoc satis significatum est nomine rationalis iudicii, uti dixi v. 15, idque clarius vel æquè clarè, quàm nomine *urim* et *tummin*; ergo si Scriptura rationale iudicii volebat exponere, aliis et clarioribus usa fuisset verbis, quàm *urim* et *tummin*. Secundo, Mosis non erat facere vel ponere oraculum in hisce lapidibus, sed Dei; ergo non bene dicitur, *pones*, vel, ut hebraicè est, *dabis in rationali*, doctrinam, id est, oraculum; sed dicendum erat: *Ego ponam, ego dabo per lapides hæc oraculum*. Tertio, et autem, cum ait: *Pones autem in rationali urim*, id est, doctrinam, planè significat hic novum quid, et omninò diversum præcipi an eo quod præcessit, puta fabrica 12 gemmarum.

Dices secundo: Hæc duodecim gemmæ vocantur *millium*, id est, plenitudines, Exod. 25, 7; ergo non mirum si eadem vocentur *urim*, id est, illuminationes. — Respondo: Gemmæ istæ, Exod. 25, non vocantur *millium*, id est, plenitudines, sed *abne millium*, id est, lapides plenitudinum, hoc est, quibus impleteret et ornaretur rationale, per phrasin Hebræis usitatam, quam omnes ibidem expliçant eo modo quem jam dixi, unde tam Chald. quæ noster ibidem vertunt: *Ad ornandum lapides*: hic verò non vocantur *lapides illuminationum*, sed illuminationes sive lux et doctrina: ita enim Hebræum *urim* noster et alii omnes vertunt. Unde secundo, hæc sententiam suadet Sept. qui *urim* et *tummin* vertunt *ἐπισημαὶ καὶ ἀσθεύαι*, id est, manifestationem et veritatem, et noster interpres, qui *veritatem*: quis enim non videt planè detortè 12 gemmas, licet ad oraculum positas in rationali, vocari *doctrinam et veritatem*? si id voluit Spiritus sanctus, cur id non expressit in Hebræo, aut saltem cur per aliquem interpretum id non explicavit, dicendo: *Pones urim et tummin*, id est, pones oraculum, in rationali? Jam verò dum passim vertunt: *Pones in rationali doctrinam et veritatem*, quid aliud significant quàm hæc ipsa inscripta fuisse rationali? Idque sat significat *he* demonstrativum quod in Hebræo additur et præponitur *urim* et *tummin*, q. d.: et *urim* et *tummin* pones et scribes in rationali. Tertio, quia hæc sententiam aliis præferit S. Aug. quæst. 117; Philo lib. 5 de Vita Mosis; Rupertus, Hugo card. et Victorius hic; Radulphus lib. 6 in Levit. c. 1; Aleazarus in Apoc. 11, notat. 7; Bellar. lib. 4 de Pontifice, c. 5. Favet etiam S. Hier. ad Fabiolam, et S. Gregor. 2 p. Pastor. c. 2; et Rabbanus hic; item Cyrillus in expositione Symboli Niceni, ubi sic ait: *In pectore summi sacerdotis fuerunt lapides duodecim, in quorum medio figuratum erat manifestatio et veritas, duo iterum alii lapides; cæterum per hos duodecim, Apostolorum*